

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Fünfzehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1890.

Zur Geschichte der Kirche S. Maria Latina in Jerusalem.

Von Reinhold Röhricht.

Aus einem Briefe des verstorbenen Grafen Paul Riant an Herrn Dr. S. Löwenfeld erfuhr der Herausgeber von dem letzteren, dass im Archivio civico zu Palermo (Q. 9; H. 10) sich zwei päpstliche Urkunden befänden¹, welche der oben genannten Kirche alle ihre Besitzungen diesseit und jenseit des Meeres bestätigen, was für die Geschichte jener uralten Abtei von grosser Wichtigkeit sein musste, da bisher an der Hand der Chroniken und gelegentlicher Erwähnungen in Urkunden nur eine ungefähre Feststellung ihres Besitzstandes, Vollständigkeit aber nicht möglich war². Da nun auch in Kaiserurkunden von jener Abtei die Rede ist und darin auch ihre Besitzungen in Italien aufgezählt werden, so muss die Kenntniss jener Privilegien auch für die Kaisergeschichte von Werth sein, zumal sie wohl zu den ältesten Zeugnissen über die genannte Kirche gehören. Der Herausgeber wandte sich daher an Herrn Prof. Dr. K. Schottmüller in Rom, und dieser schickte in wenig Tagen die gewünschten Kopien, welche Herr Ludwig Bresslau, Professor an der Universität in Palermo, angefertigt hat; beiden Herren gebührt dafür der herzlichste Dank.

Die erste Urkunde ist von Hadrian IV. (21. April 1158), die zweite von Alexander III. und zwar, wie Herr Dr. Löwenfeld mir auf Grund einer genauen Prüfung der Unterschriften gütigst mittheilte, vom 8. März 1173; sie wiederholt wörtlich den ersten Text mit einigen Varianten, die demselben als Noten beigelegt sind. (A).

Adrianus episcopus³ servus servorum Dei dilectis filiis Amelio, abbati ecclesiae sanctae Mariae Latina, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis⁴ imperpetuum.

1) Vgl. Winkelmann im N. Archiv III, 638 u. Riant in 'Les archives de l'Orient latin' I, 708. 2) Die Identificirung der transmarinen Ortsnamen mit den heutigen ist von dem Herausgeber in der Zeitschr. d. Deutsch. Palästina-Vereins 1889, Heft 1 versucht worden; ebenda weitere Nachweise. 3) Hs.: 'quartus'. 4) Hs.: 'dilectis'.

Religiosis votis annuere et ea operis exhibitione complere officium nos invitat suscepti regiminis et ordo videtur exigere rationis. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus¹ clementer annuimus et praefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in ipsa ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: stationes videlicet, quae Latinae sunt contiguae, furnum, palacium iuxta portam sancti Stephani a plaga australi, quasdam domos post illud palacium, domos supra murum urbis iuxta idem palacium usque ad secundam turrem murorum et ex altera parte ecclesiam sancti Stephani iuxta viam, quae ab Hierusalem duxit Neapolim, hospitale iuxta eandem viam, hortum inter eandem ecclesiam et Hyerusalem, alios hortos et vineas, quas habetis in territorio Hyerusalem cum decimis earum, casale Belfair² cum vineis suis, terris et decimis earum, dimidium casale sancti Euthimii³ iuxta Bethlehem cum terris suis et cum decimis earum, casale unum in territorio Blongegarde⁴, quod privilegio comitis Amarri⁵ vobis est confirmatum, in Lyda sex carrucatas terrae, domos, hortos, ecclesiam latinam in Ioppen cum domibus et uno horto et cum tribus carrucatis terrae et cum decimis earum, turrem Latinae in territorio Caesareae cum pertinentiis suis, in eodem territorio casale, quod fuit Eustachii, cum pertinentiis suis, terram in Cocto⁶, terras quoque et possessiones, quas privilegiis dominorum Caesareae confirmatas legitime possidetis, centum bizantios Neapoli singulis annis, unam ecclesiam in Berito⁷ cum hortis suis, terra et decimis earum, unam ecclesiam in Gibileto et hortum, ecclesiam latinam in Monte peregrino cum horto uno, terris, vineis et decimis earum, campum unum Tripoli et materam⁸ unam, ecclesiam latinam parochialem in Laudicea⁹, ecclesiam sancti Nicolai cum possessionibus earum, dimidiam partem theatrii¹⁰ et horti, qui in eo est,

1) Hs.: 'postulantibus'. 2) A: 'vel facircum cum vineis'. 3) Hs.: 'Euchymii'. 4) A: 'Blancogarde'. 5) A: 'Armarici' d. i. Amalrici, des Grafen von Jaffa (später König A. I. v. Jerus.). 6) A: 'Cacto' d. i. Caco, heute Kakun. 7) Hs.: 'Bento'. 8) A: 'maceram' d. i. wohl 'massaria', Oelpresse. 9) A: 'et'. 10) A: 'teatri'.

duo casalia in territorio Antiochiae Leotreh et Soccam¹ cum molendinis quibusdam iuxta territoria illorum casalium et pertinentiis et terras earum cum decimis suis, Latinam in Antiochia cum horto uno et decimis illius horti, in suo² unam ecclesiam sancti Iohannis, hortum et terram cum decimis eorum, casale unum Faxias³ cum possessionibus suis et decimis, unum casale Valcorenum⁴ cum possessionibus suis, decem libra[s]⁵ piscium in piscaria agresti, quadraginta solidos in porto Emme⁶ singulis mensibus, in Sidonia duo casalia cum pertinentiis suis, in castello Arabiae quatuor carrucas terrae et domos et in Gera⁷ sex carrucas terrae et domibus. In Sicilia⁸ ecclesiam sancti Philippi de Argirion cum parochiali iure totius castelli et decimis territorii castelli decimas Scarpelli, ecclesiam sancti Petri de Vacaria cum villa et parochiali iure et decimis, ecclesiam sancti Philippi de Capicio cum decimis possessionum suarum, ecclesiam et villam sancti Petri de Rasacambra cum decimis possessionum suarum, ecclesiam sancti Nicolai de Sacco⁹ cum decimis possessionum suarum, casale sancti Caloiari cum pertinentiis suis, in Calabria ecclesiam sancti Petri de Iazena¹⁰, ecclesiam sancti Eliae cum obedientiis et decimis possessionum suarum, ecclesiam sancti Laurentii iuxta Licium cum decimis possessionum suarum, [abbatiam sancti Sepulchri Aquaependentis]¹¹. Prohibemus autem, ut nulli ecclesiasticae vel seculari personae liceat indebitas et iniustas exactiones in praefata ecclesia exercere, sive¹² novalium vestrorum, quae¹³ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium decimas a vobis nullus praesumat exigere, sepulturam omniaque universi loci et baptismalium ecclesiarum eius liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se ibi sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat, salva iustitia parochialium ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. Liceat autem vobis ecclesiasticos vel laicos liberos et absolutos in monasteriis vestris ad religionem suscipere et eos absque contradictione aliqua

1) A: 'Scotiethet et Iovan'. 2) A: 'chice' (??). 3) A: 'Fardo'.
 4) A: 'Valtorentum'. 5) A: 'listra'. 6) A: 'termine'. 7) A: 'ingeros'.
 8) Zur Ergänzung und Vergleichung der hier gebotenen Aufzählung ist die Urkunde Heinrich VI. (30. Dec. 1194) heranzuziehen (Huillard-Bréholles I, 12; Toeche, Heinrich VI, S. 671, n. 306), die von Constanze (Palermo Octob. 1198) bestätigt ward (Pirri, Sicilia sacra II, 1246; Winkelmann (Acta inedita I, 70—1, n. 75; Böhmer-Ficker, Reg. imperii n. 528). 9) A: 'Saccacum'. 10) A: 'Iachina'. 11) [] Fehlt bei A. Ueber diese Kirche in Aquapendente vgl. Riant, 'La donation de Hugues, marquis de Toscane, au St. Sépulcre', Paris 1884 ('Mém. de l'acad. des inscr.' XXXI B, 151—195), Separatabzug 23 ff. 12) Hs.: 'sane'.
 13) Hs.: 'quos'.

sepellire. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electum vero venerabilis frater noster¹ Hyerosolimitanae ecclesiae patriarcha benedicat, si ei ad apostolicae sedis et Romanae ecclesiae praesentiam venire difficile fuerit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel oblatas temere minuere aut aliquibus vessationibus fatigare, sed² omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicae sedis auctoritate³ [et Hyerosolimitani patriarchae canonica iustitia]⁴. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non⁵ satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi reus⁶ existat atque in extremo examine divinae ulcioni⁷ subiaceat, cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud Christum⁸ iudicem praemia aeterna⁹ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

(In der Rota): Oculi mei semper ad Dominum sanctus Paulus sanctus Petrus Adrianus P. P. IIII. Ego Iulius presbyter card. tit. S. Marcelli. Ego Octavianus presb. card. tit. S. Caeciliae. Ego Astaldus presbyt. card. tit. S. Prisciae. Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Caelio Monte. Ego Adrianus Cath. Eccles. Episcopus. Ego Imarus Tusculus episcopus. Ego Gregorius Sabinensis episcopus. Ego Oddo diacon. card. tit. S. Georgii ad velum aureum. — Ego Iohannes presb. card. tit. S. Anastasiae. Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Guglielmus presb. card. tit. S. Petri ad Vincula . . tit. Eudoxiae. Ego Cinthius diac. card. S. Adriani. Ego Raimundus diac. card. S. Mariae in Via lata. Datum per manum Rolandi sanctae Romanae ecclesiae presb. card. et cancellarii XI. kalendas maii indictione VII. incarnationis dominicae anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo, pontificatus vero domini Adriani papae IIII. anno IIII.

1) A: 'vester'. 2) A: 'illabata omnia et'. 3) Hs.: 'authoritate'.
4) [] Fehlt bei A. 5) A: 'nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis'. 6) A: 'aliena fiat'. 7) A: 'districtae ulcionis' (sic). 8) A: 'districtum'. 9) A: 'aeternae'.